

n m. Rursus quoniam est vt d m, ad m k, sic k m, ad m e, & vt d m, ad m k, sic d b, ad b h, vt igitur d m, ad m e, ita quod ex d m, ad id quod est ex m k, hoc est quod ex a b, ad id quod est ex b h, æqualis nãq; est d b, ipsi a b. Præterea quoniã est vt m d, ad d b, sic l e, ad e b, at vt m d, ad d b, sic k m, ad b h, vt autẽ l e, ad e b, ita g l, ad b c. Et igitur vt k m, ad b h, sic g l, ad b c, vicissim igitur seu per propo, xvi, li, v, elemẽ, Eu, vt k m, ad g l, sic h b, ad b c, at vt k m, ad g l, ita m d, ad d l, hoc est d m, ad m e. Hoc est sicut quod fit ex a b, ad id, quod ex b h, Et igitur vt id, quod ex a b, ad id quod ex b h, ita b h, ad b c, Et per propo, xiii, li, vi, ele, ipsarũ h b, b c, mediã sumatur proportionalis x, Quoniã autem est vt quod ex a b, ad id, quod ex b h, ita h b, ad b c, Atqui per primũ corolariũ propositionis xx, li, vi, eo, Eu, Similes rectilineæ figuræ adinuicem in dupla sunt ratione, similis rationis laterum igitur quod est ex a b, ad id, quod ex b h, duplam rationẽ habet quam a b, ad b h, Sed quia p diffinitionẽ li, v, elemen, Eu, Quãdo tres magnitudines proportionales fuerint prima ad tertiam duplicem rationẽ habet, quam eadem prima ad secundã, igitur h b, ad b c, duplam habet rationem quam h b, ad x, Et vt igitur a b, ad b h, sic b h, ad x, verum vt b h, ad x, & x, ad b c, Et vt igitur a b, ad b h, ita h b, ad x, et x, ad b c, Inter datas igitur duas rectas lineas a b, b c, binæ mediæ proportionales inuentę sunt b h, x.

Perspicuũ deniq; est q̄ datis duabus rectis lineis binæ medię proportionales a Diocle Pappo & Poro similiter inuestigantur, quãuis inter eos in demonstratione sit diuersitas, Propter demonstratiõis itaq; huius varietatẽ libuit has tres binarum mediãrum proportionaliũ inuentiones sigillatim enarrare.

ALITER ex traditione **PLATONIS** datis duabus rectis lineis binas medias sub eadem ratione cõtinue proportionales inuenire. Sint ergo datæ duæ rectæ lineæ a b, b c, ad rectos angulos cõiunctæ a b, maior b c, minor, his oporteat binas medias cõtinue proportionales inuenire, Producãtur itaq; a b, b c, in partem b, ad e, d, Et super bd, compertus sit d, pũctus quo & a, per rectam lineam a d, connexis, & a d, ad rectos angulos excitetur d e, secans a b, productam ex parte b, super e, atq; cõs